

## Latein-Deutsch

1. Wiederholen Sie: Hannibal – Perseus und Aemilius Paullus - Scipio Africanus maior und Scipio Africanus minor – Tiberius und Gaius Gracchus – Marius und Sulla – Caesar und Pompeius –

2. Informieren Sie sich über Octavian und Augustus.

*Empfehlung für „Geschichtswissen“:* Ulrich Huttner, Römische Antike, Tübingen 2008.

3. Informieren Sie sich über: Augustus, Res gestae.

4. Übersetzen Sie zeilen- und blcokweise; dekcne Sie das Folgende zunächst ab. Prägen Sie sich alle Vokabeln ein. Wiederholen Sie die Vokabeln zu den letzten Texten (**unbedingt!**).

Annos undeviginti natus exercitum privato consilio et privata impensa comparavi,  
per quem rem publicam a dominatione factionis oppressam in libertatem vindicavi.  
Eo nomine senatus decretis honorificis in ordinem suum me adlegit,  
C. Pansa et A. Hirtio consulibus, consularem locum sententiae dicendae tribuens,  
et imperium mihi dedit.

Res publica ne quid detrimenti caperet,  
me pro praetore simul cum consulibus providere iussit.

Populus autem eodem anno me consulem,  
cum cos. uterque bello cecidisset,  
et triumvirum rei publicae constituendae creavit.

Qui parentem meum trucidaverunt,  
eos in exilium expuli iudiciis legitimis ultus eorum facinus,  
et postea bellum inferentis rei publicae vici bis acie.

Bella terra et mari civilia externaque toto in orbe terrarum saepe gessi,  
victorque omnibus veniam petentibus civibus pepercii.  
Externas gentes, quibus tuto ignosci potuit, conservare quam excidere malui.  
Milia civium Romanorum sub sacramento meo fuerunt circiter quingenta.  
Ex quibus deduxi in colonias aut remisi in municipia sua stipendiis emeritis milia aliquanto plura quam trecenta,

et iis omnibus agros adsignavi aut pecuniam pro praemiis militiae dedi.  
Naves cepi sescentas praeter eas, si quae minores quam triremes fuerunt.  
Bis ovans triumphavi, tris egi curulis triumphos et appellatus sum viciens et semel imperator.  
Cum autem pluris triumphos mihi senatus decrevisset, iis supersedi.

**Deutsch-Latein**

1. Wiederholen ist wirklich das Wichtigste ...

2. Wiederholen Sie:

- die verschiedenen Pronomina
- Reflexivität

Germani post tergum clamore audito, cum suos interfici viderent,  
armis abiectis signis militaribus relictis se ex castris eiecerunt,  
et  
cum ad confluentem Mosae et Rheni pervenissent,  
reliqua fuga desperata magno numero interfecto  
reliqui se in flumen praecipitaverunt  
atque ibi timore, lassitudine, vi fluminis oppressi perierunt.  
Nostri ad unum omnes incolumes perpaucis vulneratis  
ex tanti belli timore, cum hostium numerus capitum CCCCXXX milium fuisset,  
se in castra receperunt.  
Caesar iis, quos in castris retinuerat, discedendi potestatem fecit.  
Illi suppicia cruciatusque Gallorum veriti,  
quorum agros vexaverant, remanere se apud eum velle dixerunt.  
His Caesar libertatem concessit.

**4. Prägen Sie sich die Phrasen und Konstruktionen intensiv ein.**

**5. moodle !**